

## SÆCULI XIII. ET XIV.



CHA  
RI  
TAS

Episcopat<sup>e</sup>  
Ordine Domini-  
nico af-  
fumus Apo-  
stolica Lega-  
tio committi-  
tur ad fandū  
unionem pro-  
movendam.

\* trad Oder.  
ep. & Raynald.  
n. 2. 1.

Andronicus  
junior Fala-  
mitis faver.

Eius obitus.

Othomanus  
Rex primus  
Turcarum.

III. Turcarum,

IV. Ipsi in Regnum successit Urchanes filius,

Rex Turcarum.

Secundus.

Equitum

proximus, quam in carcere obiit, *Veccus Patriarcha*, Fidem Catholicam Romanam de Processione Spiritus Sancti à Patre & Filio, seu, quod idem est, per Filium, Testamento suo consignavit, cuius haec postrema verba: *Ob verum autem patrum dogma, ex Patre scilicet per Filium Processione Spiritus Sancti, exilio carcerisque mactatus, hoc meum Testamentum propria manu scripsi, subscriptique. Illud apud Alatium lib. 11. De Perpetua Confessione Cap. xv. & apud Odoricum Raynaldum, ad annum 1264. n. 49. legere est.*

*Andronici Paleologi ignavia, Græcorum Imperium à Turcis lacerati ceptum est, qui omnes pene Asia Provincias eā tempestate subegerunt, ut Nicæphorus Gregoras lib. vii. commemorat. Variis cladiis à Turcis affectus Andronicus, & Cruce-lignatos exercitus reformati, redintegrando cum Romana Ecclesia conjunctionis desiderium p̄ se tulerit, & Carolum IV. Francorum Regem concordia interpretet ac sequentem adhucit missis Oratoribus, qui significarent ipsum cum omnibus Christianis, præcipue vero cum Gallis pacem servaturum. De cuius voluntate ut certior fieret Rex Christiański, misit ad ipsum *Benedictum in Cunis*, Ordinis FF. Prædicatorum Doctorem Theologum, sub Romani Pontificis beneplacito. Hunc *Ioannis XXII.* ad Robertum Siciliæ Regem, & ad *Philippum Tarentinum Principem* præmisit, ut opportuna in re tanti momenti consilia & ipsi suggererent. Illum dicit Nuntius Apostolici ornatum dignitate Constantinopolim proficii justit, Andronicus animum ut exploraret, utque cum Schismatis publicè vel privatum congrederetur, & sacrī etiam concionibus eos in sinu Ecclesie Romanae revocare satageret. Id constat ex *Ioannis XXII. litteris ad Regem Siciliæ datis, & ex aliis quas Odoricus Raynaldus laudat ad annum 1326. N. 26. & 27. ex Tom. v. Epistolarum Secretarum eiusdem Pontificis.**

*Andronicus*, mortuo *Michaële* filio, nepotem *Andronicum* designavit heredem Imperii: Qui adversus avum rebellans sapient, tandem Imperiali Solio ipsum depulit, capta Constantinopoli, anno millesimo trecentesimo vigesimo-septimo, dicitur Pentecostes, ut *Cantacuzenus* obseruat lib. i. c. 59. ut nimis periclitare in promovendo schismate, & Spiritus Sancti neganda ex Filio Processione, p̄nas ipsu dare iusto Dei Judicio manifestum est. In custodiā traditus, novas subinde passus est calamitatem, oculorum enim usum amisit, & paupero post Monasticum habitum induere coactus est, ne spes aliqua revertend ad Imperium illi superferret. Jusjurandum etiam subcriptione firmatum ab ipso extortum est, quo se Imperatoriam Potestatem numquam queriturum, & oblatam repudiaturum, neque alium ullum subornaturum pollicebatur. Quod nisi præstaret, ipso die de illius capite actuū forcer. In Monasticu habitu biennium exegit, ac demum diarrhoea ex nimio aqua potu & testaceorum eti corrupus, noctu, omni destitutus auxilio, animam efflavit, dicitur *S. Antonio* sacra, cuius nomen sumptu habitu Monasticō accepterat, anno MCCCXXII. Ostenta quedam obitum ejus præcessisse, narrat Nicæphorus Gregoras lib. ix. Historia. Imminente vero morte, cum neminem haberet qui fibi Divina Mysteria impertiretur, sacram Diutaræ imaginem, quam in finu gestabat, loco Divinorum Mysteriorum in os inseruisse.

II. Turcarum irruptionibus, à quibus & copiæ eius fusa, & capta Nicæa est, oppressus *Andronicus Junior*, redintegrando cum Romana Ecclesia concordia pium desiderium præse tulerit; ac ea de re cum Archiepiscopo Vospreensi Franciso, & Cersonensi Episcopo Richardo, ex Ordine FF. Prædi-

catorum assumptis, qui Christiana fide inter chos & Gochos longè latèque propagata, & chorū Regead Christum converso, palmis onusti ad Sedein Apostolicam redibant, contulit. Quo nuncio recreatus *Ioannes XXII. Pontifex Maximus*, datis ad *Andronicum* literis ipsu hortatus est, ut piu consilium executioni mandaret, ipsu que ac toti genti sinum Apostolica caritatis patre significavat. Scriptis etiam ad Patriarcham, & Clericū populūque Græcum; & ad *Joannem Pijam*, qui plurimum apud Imperatorū poterat, ut optatissimam illam Græciam cum Romana Ecclesia conjunctionem suaderet. Laudatis vero Præfulibus Apostolicam Legationem commisit, ut sanctam unionem promoverent. Pontificis Literas hac in causa scriptas, apud *Odoricum Raynaldum* legere est ad annum 1333. à Num. 17. ad 20. Novis litteris *Andronicum* excitavit anno 1334. \* scriptisque ad *Joannam Imperatricem*, ut in iure redintegratione concordia cum Ecclesia Romana persuaderet. Præterea, *Philippum Valesium*, Regem Christianissimum regavit, Oratores Constantinopolim ad rem urgendas mitaret. Missi interim à Romano Pontifice Episcopi duo, quorum superius minimus, Constantinopolim appulerent; & Patriarcham ad congressum de controverto dogmate provocarunt. *Is vero cum nec linguan dicendi exercitatione instruuntur habent, & siue Episcopos maximam partem indectissimos esse cerneret, tergiversabatur quidem, sed quomodo populi tumultum sedaret, noscet.* Ita retinet *Nicæphorus Gregoras*; qui disputationem diffidat in rationibus, quas apud ipsum lib. x. Historia legere est. Sub *Benedicti XII. Ponificatus* ruris de unionis negotio actum fuit, *Andronico* se ad eam propensum demonstrante. At cum ita se afflūtum ostenderet in auxilia contra Turcas à Latinis obtineret Præcipibus, cumque dissida prohiberent ne Græcia laborant sufficiet ferrentur, Tractatus intermissus est. *Palane* hærci de Thaborio lumine increato faver, tamque vehementi contentionē in Synodo Constantinopoli congregata, afferuit, anno MCCCXL. Ex qua gravi morbo contracto, paucis post diebus è vita migravit, anno ætatis circiter quadragessimo quinto, Imperii.

III. Turcarum, quos alii ex Scythis, (quam opinionem *Laonicus Chalcondilas* amplectitur) alii ex Parthis, quidam ex Turca Persarum Urthe Ottoniani magna & opulenta, nonnulli ex Cœlestyria & Arabia oriundis tradunt, Imperium condidit *Othomanus*, sive *Osman*, filius *Orthogulus*, sive *Eruçulus*, cuius nativitatem ac Regnum à Vate quodam Mahometano prædictum, cuius filiam, cum adoleſiſſet, uxorem duxit, Annales Turcici referunt. Anno Christi millesimo ducentesimo nonagesimo octavo regnare cepit. Ex *Sogitha Mysix* vico, unde oriundus erat, in Asiam cum gentilibus suis infudit ſcē, plurimisque subegi urbes, ac Prusam Myſit urbem, opibus florentem, fame expugnatam, Regni Sedem constituit. Eo regnante Turcarum octo milia in Europam per Helleponum traherunt, captiōque Græcorum prædicio Cheroneolo impoſito, penetrarunt in Thraciā, & ad Istrum prædabundi. Annis viginti & octo regnavit, obiitque anno Hegira MCCCXVII.

IV. Ipsi in Regnum successit *Urchanes* filius, qui Lydiān univerſam ditioni sua subiecit, Nicæam expugnavit, Asiam reliquam Græcis eripiuit. Contra formidandum Christianis hostem summus Pontifex *Ioannes XXII. Philippus Valesius* Rex Francorum, Siciliæ Rex *Roberius*, Dux Venetorum *Franciscus Dandulus*, & Rhodiorum Equitum

Tomus Vecci  
Patriarcha  
enius, &  
Sallentum

Burchi de  
Ord.  
ff. Præda-  
cionem, Con-  
stantinopolis  
Johannes Apo-  
stolus, &c.  
et ad fidei  
unionis re-  
gionem pro-  
moverendum.

Andronicus  
II. Palazzo  
gu, prius  
zips.

An Domini  
Seniores ca-  
lamitatis, &  
opus.

Andronicus  
junius ad  
sedes regan-  
dam cum  
Romana Ec-  
clesia adcor-  
dium pre-  
fui.